



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dominica 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

DOMINICA XXVI. VEL XXV, VEL XXIV.

PROVT OCCVRRET, EX REGVLIS
DIVINI OFFICII.

De Zizaniis in medio tritici seminatis. Matth. 13.

Vide in 1. parte, Dominica 5. post Epiphaniam.

HAC HEBDOMADA, paratur & peragitur celeberrimus ille ingressus & triumphus Jerosolymitanus, quando plebs universa venit obviam Domino cum palmarum ramis, & tanto cum pietatis sensu, ut inde nonnulla quæ devotionem & singularem erga Christum Dominum spectant affectum, eruantur & in practicas Veritates deducantur.

FERIA SECUND A.

DE ZACHÆO QVÆRENTE VIDERE
CHRISTUM DOMINUM.

Et quarebat videre Iesum quis esset. Luc. 19.

VERITAS PRACTICA

I. PUNCTUM.

Inventus etiam & cognitus Dominus, semper est quarendus.
¶ 104. Quarete Dominum & confirmamini; quirite faciem ejus semper.

RATIO EST. Quia semper quarendus est Dominus, si semper in eo sit quo a pie querari, & fructuose inveneri.

Sed semper in eo est etiam inventio & cognitio, quo a pie querari, & fructuose inveneri.

Ergo invenitus etiam & cognitus Dominus, semper est quarendus; Atque hic primus devotionis affectus est erga Christum Dominum excedenda.

T ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat Publicanorum, & ipso dives; & quarebas videre Iesum quis esset: & non poterat præturbata, quia statura pusilla erat. Et præcurrens ascendit in arborum sycomorum ut videre eum, quia inde erat transversus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesum, vidit illum, & dixit ad illum, Zachæus festinans descendere, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & exceptit illum gaudens. Tum sequitur mirabilis ejus conversio, & insignis quedam parabola de decem servis, quibus concredata fuit ad negotiandum pecunia. Cui parabolæcum prope similis illa sit,

Pp 2

quæ

quæ post de Talentis referuntur, non hic diutius immorabitur in illa secentenda: & quod p̄cipuum est in Zacheo spectandum, ac primum in Christi cultu exercendum, ut queramus videre Iesum qui sit, diligenter modò & atentius expendemus. Neque enim solis peregrinis & ignariis querendus est quis sit Iesus, sed ipsis etiam eruditis & peritis, atque ut habeat propria Veritas, *Quoniam que si inventus, & cognitus Dominus, semper est querendus.*

Quod ut melius intelligatur, distingueda est triplex cognitione quæ de Christo potest haberi; Prima est *Religiosa*, seu quam exigit Religio Christiana, ut nempe sciamus, & credamus, & confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus & homo est. Deus ex substantia Patris ante saecula genitus: & homo ex substantia matris in saeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Aequalis Patri secundum divitatem, minor Patre secundum humanitatem. Et quæ plura S. Athanasius de duabus eius naturis in unica persona refert, nec non illa quæ in symbolo, quod dicitur Apostolorum, exprimuntur de illius Passione, Morte, Sepultura, Resurrectione, Ascensione in cœlum, secundo Adventu ad judicium. Quæ licet omnia non sint perinde omnibus scitu necessaria, qui tamen illa scire possunt, & negligunt vel audire vel audita retinere, negligentia est argendi sūt Rursum indiget ut vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum Dei, hoc est, prima rudimenta institutionis Christianæ.

Secunda cognitione est, *Eruditionis*, quam scilicet eruditи acquirent vel in scholis, vel studio particulari, accuratius investigantes quæcunq; in summa D. Thomæ, parte tertia de Incarnationis mysterio disputantur; quod certè studium non potest non laudari nisi pravo fine corrumpatur, *Vt non ad inanem gloriam*, inquit S. Bernardus, aut curiositatem, aut aliquid simile: sed tantum ad adificationem tuam & proximi. Sunt namque qui scire volunt et sine tantum ut sciunt & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt ut scientiam suam vendant, & turpis questus est. Sed sunt quoque qui scire volunt ut adificant, & Charitas est. Et item qui scire volunt ut adificantur, & prudenter est. Horum omnium ultimi duo non inveniuntur in abusione scientia, quippe qui ad hoc volunt intelligere ut benefaciant.

Tertia denique quam de Christo habemus cognitione est pietatis, qua scilicet Pietas, & Ve-

rotio circa illum fovetur, crescit, & perficitur. Quo in sensu ad propositam Veritatem declarandam h̄c p̄m̄ dicitur, quod semper est querendus Dominus, si semper in eo sit quod p̄e quæcunq; & fructuose invenias; Quasi dicereatur, nostra in Christum pietas semper augenda est, si semper augeri possit. Hæc enim duo, magis querere Christum, Et magis in Christum affici, pro uno & eodem habenda sunt: Nam non magis queratur Christus nisi ut magis ameratur: neque est alius aptior ad cum magis diligendum modus, quam ut magis queratur. Sic enim ex amore magis queratur, ita dum queratur, magis amat.

Queram, inquit sponsa, quem diligit anima Canti, mea: Quasi dicereatur, quia diligo queram, & idcirco queram ut magis diligam. Sed nonne jam illum invenerat, nonne jam illum habebat quem diligebat? quomodo posset diligere quem non cognovisset, quem non invenisset, quem non haberet? Responderi aliud non potest quam quod semper magis ac magis est querendus Dominus, si semper in eo sit quod p̄e quæcunq; & quod fructuose invenias ad eum magis ac magis diligendum. Sic non modò sponsa querit sponsum, sed alios etiam invitat, ut ipsi secum querant, atque ut magis existentur, ipsa sponsum quantum potest effici laudibus. *Fide*, Inquit, quippe anima, inquit S. Gregorius, quid dulciora & ampliora de Redemptore suo audit, & ardenter inhiat, & manifestiora de eo cognoscere appetit, & cens, quid abit dilectus tuus, & queremus eum tecum? Cum enim proximus proximo de Christa loquitur, cum alter ab altero qualiter inveniatur, secessatur, quid aliud quam quo modo queri debeat, persecutatur? Nempe infatigabiliter & iam constanter quam dicitur in eo aliquid superesse quod queratur.

II. P U N C T U M.

SED semper in eo est etiam invenio, & cognito quod p̄e quæcunq; & fructuose invenio. Cum enim dicat Apostolus in vestigabiles Epistles esse Christi divitias. Id est, animi doles, & virtutes innumeras & immensas, quis illum ita nosci affirmet, ut non semper superficiat quod cognoscatur. Quis, inquam, cui non statim illud exprobret quod est in libro Job, forsitan vestigia Dei comprehendens, & usque ad perfectum omnipotentem reperies? Excelſior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognoscens?

III. P U N C T U M.

*Item 9. sicut Sic aptè sanctus Leo, Nemo ad cognitionem
veritatis magis propinquat, quam qui intelligit in
rebus divinis, etiam si multum proficiat, semper si-
bi superesse quod querat; Nam qui se ad id quod te-
dit per venisse presumit, non quicquam reperit, sed in
inquisitione deficere.*

*Abbreviata quidem in humanitate Christi di-
vinitas dicitur à Propheta, & confirmatur ab A-
postolo; sed non ita dicitur ut quid de Divinitate
detractum sit, aut quod ita cogitando possit
ille Deus-homo comprehendendi, ut non semper
multò plura super lìt cogitanda: quin potius in
eo ipso quod videmus abbreviatum, & contra-
etum, magis est quod videndo admitemur, &
quod minus intelligendo assequamur. Ibi enim
agnoscitur, ut ait sanctus Bernardus, longitudo
brevis, latitudo angusta, altitudo subita, profunditas
planus, ibi agnoscitur lux non lucens, verbum
infans, aqua sitiens, panis esuriens. Videamus si atten-
das, potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem
sustentari. Deum denique lactantem, sed Angelos
resciventem: Vagientem sed miseros consolantem.
Videns si attendas, tristari leticiam, pavore fiduciam,
salutem pati, vitam mori, fortitudinem infun-
di. Sed quod non minus mirandum est, ipsa ibi
cernitur tristitia letificans, pavor confortans,
Pax salvans, Mors vivificans, infermitas ro-
borans.*

*Nonne hæc sunt, quæ tantò minus compre-
hendi possint, quam ò magis à se distant, & simul
tamen unita sum? Nonne hæc sunt, quæ quantumvis
quisque nonit, in his tamen melius ag-
noscendi posse est ultra proficere? Nonne hæc est
divina Sapientia de qua non minus potes dicere
quam Sapiens de humana. Dixi, sapientia efficiar,
Et ipsa longius recessit à me, multò magis quam
erat: Et alia profunditas, quis invenerit eam? Id est
quanto plura de Christo didici tantò sublimiora
restant quæ possim adhuc disere. Denique
nonne est illa Sapientia quæ quasi obscurior di-
lucidari semper experit, nec frusti a te promittit
elucidandam, cum præter frustum quem affec-
tum his quibus illustrata fuerit, tum his à quibus
lucem accepit summum promittat p̄m̄ium?
Qui elucidant me, inquit, vitam eternam habe-
bunt. Omnes alloquitur, omnibus idem servatur
donativum. Nā si quos fortè non habes quibus
eludices, tibi loquere, tibi quidquid ambiguum
quidquid obscūrum occurrit, meditare
attentius, & meditando dilu-
cidabitur.*

AUDIENDUS igitur Psaltes Regius: quarto
ante Dominum, & confirmamini; quarto fac-
iem ejus semper. Audiendus & sanctus Augustinus
in illa Psalmi verba: Querite faciem ejus
semper, ut non huic inquisitioni qua significatur
amor, finem prestat inventio, sed amore crescente,
inquisitio crescat inventio: quia videlicet semper
est in invento quod queras. Audiendus & sur-
sum sanctus Leo, dicente Propheta, querite Do- *Serm. 10.*
minum & confirmamini, querite faciem ejus sem- de Pass.
per, nemini presumendum est quod totum quod Dom.
querit invenit, ne desistat propinquare, quis cessa-
rit accedere. Quem in sensu tam multa Sapi-
ens Ecclesiasticus de Domino nunquam fatus
quisito ac cognito dixit, ut nisi hunc sensum &
hunc sicut intendisset, non sapienter dixisse vi-
deretur: Audi & obstupescere, quæ sufficit enarra- *Ecccl. 18.*
re opera illius? Quis enim in vestigabili magnalia
ejus? Virtutem autem magnitudinis ejus qua ex-
nuntiabit? aut quis adjicet enarrare misericor-
diam ejus? Non est minuere, neque adjicere, nec est
invenire magnalia Dei. Cum consumma veritatem
homo, tunc incipiet: Et cum quie veritatem operar-
tur. Id est, quantumeunque multa meditando
cognoverit tam multa tamen adhuc supersunt
cognoscenda, ut, quasi nihil egisset, & quasi cum
de illo inciperet meditari, sic semper de claritate
in claritatem progressus fiat necessitas est; alios
quin si ab ulteriori progressu cessaret, & quiesce-
re voluerit, magis operabitur, & laborabit, ma-
gis angeretur & cruciabitur, quā si ulterius progre-
diendo suam non denegaret operam: quia sibi
plene satisfactum non sentiet, plus aliquid quā
cognovit, restare subcederabitur, quo nūl p̄ver-
satur & non tranquillè quiesceret. Sic aptè græca
reddunt, aporiabitur, quod vulgatus veritatem ob-
errabitur, id est, incertus erit & iuspenitus, quasi
qui nondum aequatus est quod quærebatur.

*Quæ quidem duobus modis, sive ex duplice
causa sic tentiri possunt, quarum una est natura-
lis, supernaturalis altera. Naturale est unicuique
desiderium discendi & sciendi, & quod scientia
nobilis, ac certius est objectum, eo de se p̄ in
studiosis desiderium sciendi est vehementius.
At vero quod scientia nobilis, & certius potest
esse objectum quā Christus Dominus, in
quo sunt omnia quæ sciantur collecta, & unita: *Apoc. L*
quoniam obrem dicitur & & Id est, omnis literatu- *L. 10.*
ra complementum: Et consummatio abbrevia-*

Coloss. 1. Id est, compendium eorum omnium quæ scripsi possunt: Et omnia in omnibus, id est, in quo uno habentur omnis. Et uno denique verbo, quod universa complectatur, qui propterea sicut gulariter dicitur *Veritas*, quod unum est omnis objectum scientiæ, de quo verè S. Augustinus, *Tract. 26.* quid fortius desiderat anima quam Veritatem?

In Ioann. Altera causa quæ supernaturalis est, ipse est *Spiritus Sanctus*, ipse Christi. *Dominus Spiritus*, ipius Christi Domini bonitas, & natura, quæ *V. in I. p.* hoc habet extimum & singulare, ut nos magis *Fer. 4.* ac magis in sui non modo cognitionem, sed affectu. *Hebd. 1.* & cum impellar, sicut in celo tam suaviter *& Fer. 2.* gelos afficit, ut in eum desiderant proficere, sic *Hebd. 3.* homines sui studiora ita acuit & incendit, ut *1. Pet. 1.* nunquam non ipsum desiderant. Qui edunt me, inquit, adhuc esurient, & qui bibunt me, *Ecccl. 24.* adhuc satient. Quod de affectu simul, ac de intellectu sic apud Isaiam aperte nobis exprimitur: si queritis queritis, convertimini, venite. Si queritis intellectu, querite & affectu: si queratis intellectu & affectu, convertimini, appareat in effectu, in praxi, & opere: tum vero venite, id est, rursum querite, & iterum convertimini, sique fiat *intellectus bonus omnibus facientibus eum*, id est, quod intelligent faciendum, faciant.

Ephes. 3. Quò etiam illud Apostoli referas: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ si latitudo & longitudine & sublimitas & profunditas Nam si de intellectu intelligas, non est sensus, hæc posse intelligendi comprehendendi; sed haec ita sedulè & accuratè perveiliganda esse, quasi *In Imperf.* quæ possint comprehendendi. Vel sic potius in *Hom. 35.* terpictate, tanta hæc sunt animi contentione revolvenda, donec ea mente comprehendenter: & quia nunquam illa comprehendendas, idcirco semper sunt revolvenda, idcirco contentio debet esse continua. *Sunt incomprehensibilia re-*

Trin. c. 2. querenda, inquit S. Augustinus, ne exsistet nihil inventissi qui quam sit incomprehensibile quod quererat, potuerit inventare. Cur ergo sic querit, si incomprehensibile comprehendendis esse quod querit, nisi quia cessandum non est, quantum in ipsa incomprehensibili rerum inquisitione proficiuntur, & meliorque sit querent tam magnum bonum, quod & inventum quæratur, & querendum inventur? Nam & *L. 3. de queritur ut inventatur dulcissimus;* & inventur confidit, ut queratur avidius.

c. 13. & Quod si de affectu voluntatis verbum Apostoli comprehendendas accipias sicut S. Bernardus,

ut suprà iam vidimus, accipit & opponit verba cognoscere: sensum hunc subiicit, ut non curiositate, inquit, contenti scientia, tota cura fructui inhibemus. Non in cognitione est fructus sed in comprehensione, aliquam scientiæ bonum & non facient, peccatum est ei. Et ipse Paulus alio loco, sic currite, inquit, ut comprehendatis. Non ea disputatio comprehendit sed sanctitas. Et quæ plura prolequuntur, quorū omnium ac dicti Apostoli ei sensus & finis est, ut non celsemus meditando investigare quæ sint Christi Domini virtute: omnes, per quatuor illas positionum differentias quas enumerat, quanta eorum latitudo per omnes virtutum actus: quantalangitudi tuto per cuncta temporum spatia & momenta: quanta eatur altitudo per excellentissimam charitatem: quanta profunditas per illam humilitatem, qua seipsum exinanivit quasi nihil esset coram Deo: quasi hoc to um quod esset, Deo immolare: ut sic ad ejus imitationem actus incendamus.

O si melius nosses quam sit sanctus, & quam vere sit ejus voluntas sanctificatio nostra, non sicut leviter in tam multis delinqueres; Verè enim à dilecto Discipulo dictum est, omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. Id est, omnis qui peccat liberius, non cognovit eum, quanto peccatum odiebat odio; nam si cum nosset non ita peccaret liberius, non se ita excusaret, non se ita præcebat cu, iditati iraderet. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent: Non tamen inde excusantur, nam illi magis ac magis cognoscendo semper vacare debent, & nisi tam continuò studeant ut inde convertantur, & conformiter vivant, Christum ignorent & nescient. Quod supra fuisse probatum habet hæc Veritatis propria:

Quidquid de Christo se scire dicant *Fer. 4.* *impipi & mundani, Christum nescire dicendi sunt.*

Hanc concludamus Veritatem, & ceteras consequentes de Christo meditandi formulas, hac sancti Augustini precatio, *Domine Deus meus, una spes mea exaudi me, ne fatigatus nesciam te querere, sed queram faciem tuam semper ardenter. Tu da querendi usores qui inventare te fecisti, & magna magnaque inventandi*

Endite, sicut dedisti. Vide etiam in 3. parte.
Dominica Sanctissimae Trinitatis, ubi haec ex-
ponitur Veritas:

Non minus peccat qui non satis, quam
qui nimis Deum scire vellet.

FERIA TERTIA.

DE COENA IN BETHANIA, VBI MAGDALENA UNXIT DOMINUM.

Et domus impleta est ex odore unguenti. Joann. 12.

VERITAS PRACTICA.

Nullis parendum bonis, ut Christi bonus odor simus.

RATIO EST. Quia Christi bonus odor, est bonus de Christo eni: Atque Christi bonus odor simus, sic nobis bene converandum est cum omnibus, ut omnes bene de Christo sentiantur. Sed nullis propterea parendum est bonis. Ergo neque ut Christi bonus odor simus. Quod tamen rarum est, cum omnes sua quarant, non quae sunt Iesu Christi.

L P U N C T U M.

REDISSSE in Bethaniam Christum Dominum, antequam Ierosolymam ingredetur, aperiens docet sanctus Johannes, cum ejus in urbem ingressum non nisi crastino, seu sequenti ad hac cena die posat. An vero haec cena sit ipsa eadem quam illi duo Evangelistae factam narrant apud Simonem dictum leprosum, dubitatur ab interpretibus, propter nonnullas qua earum diversitatem indicant, circumstantias.

Iesus ergo, inquit sacer Historicus, ante sex dies Pascha, venit Bethaniam ubi Lazarus fuerat mortuus quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: & Martham inskrabat; Lazarus vero unus erat ex discubentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti ardipistici, preciosi, & unxit pedes Iesu, & extarsit pedes ejus capillis suis: ET DOMUS IMPLETA EST EX ODORE UNGUENTI. Tum vero cum propterea murmuraret Judas, murmurantem reprehens Dominus, & le mulieris devo-

Hayneusue Pars quartæ.

tionem probare professus est, ut ejus exemplo disceremus quod expressè postea docuit Apostolus, Nullis parendum bonis ut Christi bonus odor simus. Verba haec sunt Apostoli, in quibus intelligendis tota consistit ratio Veritatis propositi: Deo autem gratias, qui semper triamphat nos in Christo Iesu, & odorem notitia sua manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor simus Deo, in iis qui salvi sunt & in iis qui perirent: alii quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vita in vitam. Et ad hoc quis tam idoneus? Non enim sumus sicut pluri- mi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loqui- mur.

Apostolica sane verba, quorum duæ sunt partes præcipue, quæ duobus in punctis seorsim declarantur. Prima est de bono duntaxat Christi odore, quem ait esse odorem divinæ notitiae per nos manifestatum, quando scilicet ut habet prima nostra propositi, sic religiosè cum omnibus conversamur, ut bene omnes & disciscantur, & inde ad Christum vel magis cognoscendum, vel magis diligendum, & co- lendum provocentur ac melius denique de ipso Christo & de tota religione Christiana sentiantur: & quod mente sentient, dicitis & factis in- dicent.

Sic præclarè & appositè ad factum Magdale- næ, Christum ungentis, sanctus Augustinus: In omnibus, inquit, talibus non Ius rerum, sed libi- do utentis in culpa est. Neque illo modo quisquam sobrium crediderit Domini pedes ita unguento pretioso à muliere perfusos, ut luxuriosorum & nequam hominum solent, quorum talia con- vivia detestamus. Odor enim bonus, bona fama est, qua quisquis bona vita operibus abundaverit, dum vestigia Christi sequitur, quibus pedes ejus

Q. 12. pre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pretiosissimo odore perfundit. Ita quod in aliis personis plerumque flagitiis est, in divina vel prophethica persona, magna cuiusdam rei signum est. Nempe, res illa magna est, quod ex bonis nostris operibus bona fama colligatur; & ex illa boha fama, sive ex bonis illis conspectis vel auditis operibus excitentur ad rectos de Christo sensus habendos, qui minus recte de illo sive de illius cunctis factis sentiebant.

¶ P. 21.

Sic idem brevius alibi: *Quae fuit Mulier qua intravit cum unguento? Cuius typus portabat? Nonne Ecclesia? Cujus figura erat illud sanguentum? Nonne odoris Domini boni de quo dicit Apostolus, Christi bonus odor sumus in omni loco?*

Hom. 33. Sanctus quoque Gregorius conformiter: quid namque ungvento nisi bono odor opinonis exprimitur? Vnde & Paulus dicit, Christi bonus odor sumus Deus in omni loco. Si ergo recta opera agimus, quibus opinionibus boni odoris Ecclesiam respergamus, quid in Domini corpore nisi sanguentum fundimur?

Cant. 2. Sanctus vero Bernardus ad illud Cantico Cantorum, Vineas florentes dederunt odorem suum,

Serm. 60. sic rem totam ipsi subiecit oculis: In principio quidem sic fuit: Ad predicationem novae gratia secuta est novitas vita in his qui crediderunt, qui conversationem suam inter gentes habentes bonam, Christi erant bonus odor in omni loco. Odor bonus testimonium bonum. Hoc de bono opere, tanquam de flore odor procedit. Et quoniam tali flore & tali odore inter primordia nascentis fidei conscientia velutum qualia spirituales vinea referuntur, habentes testimonium bonum & ab his qui foris erant, non incongrue ut opinor, de ipsius dictum sentimus quia vinea florente odorem dederunt. At quidcum eo sane provocati, etiam quid neendum crediderant, ex bonis operibus illos considerantes, glorificarent & ipsi Deum, atque ita eis odor virtus ad uitam esse inciperet. Idcirco ergo dedisse odore non immoritur, qui non sum gloria, sed aliorum de sua bona opinione quassare salutem. Alioquin porro ante more quorundam, quibus summa pietatem, verbigratia, ostentatione & maledicis. At istud esse non dare odorem sed vendere. Nunc vero quia omnia sua in Charitate faciebant, non planè vendiderunt odorem, sed dederunt.

I. Pet. 2. Praetare omnino, & cohærente his Divi Petri verbis, proposito nostro valde opportunam Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in ea quod depreciant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificant Deum in die visitationis. Id est,

cum placuerit Deo per inspirationes suas, Infideles sive mundanos visitare, & ad se adducere, sic multum illis proderit vestrum exemplum. Vel quasi dicetur, cum ad exercendam vestram patientiam, aut alterius cujusdam virtutis exemplum proximis dandum permiserit Deus vos affligi & vexari. Vel sic interpretare, cum adversari, seu quivis Judices, & Prelates de vobis inquirent, & vestra visitabunt, nihil malo reprehendentes, imo sancta esse omnia cognoscentes, bene de Deo ac de Religione sentiant. Vel denique simplicius, cum ubique locorum fuerint, quemcunque visitabitis, aut a quoconque visitemini, si modeste ac prudente in omnibus agite, ut omnes ex vobis aliud nihil hauriant & referant. quam sanos pietatis sensus, & recte epis os in Christum affectus.

Si qui male de Religione sentiunt: dedocete malum, & bonum explanate. Si quid asperius opinantur: quam si suave jugum, & onus Christi leve declarate. Si quid anceps & dubium: soluite, probate, confirmate. Si quid latens & obscurent: aperte, divulgare. Magis autem exemplo quam verbo quoquis instruite. Hoc est scientia Christi bonum esse odorem, hoc est quod ajebat Sapiens. Unguento & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amet consilii anima dulceratur. Hoc est quod de Josia dicitur, cuius memoria in compositionem odoris facta opus pigmentarum, quia Rex ille præ aliis insigniter rem divinam apud Judæos procurarat. Sic denique Sapientia Balsamum, inquit, non mistum, odor metu. Id est, sic Christus de se, ac de suis loquitur, quod in quibuscumque misericordiis ac ministeriis ad proximum, non suam sed purè Dei Gloriam quererent,

II. P U N C T U M.
SED nullis properè a parendum expensis, seu bonis expendendie,

Quæ propositio duplē potest habere sensum: primum quo significetur, non posse id fieri quod dictum est sic jactura vel periculo Bonorum omnium. Secundus quo excitemur ad talē pro tali causa jacturam.

De primo videtur nonnulla difficultas, seu dubium, quomodo dici possit, quod nec sanata sit jactura bonorum omnium ad inducendum in alios pietatis sensum de Christo Domino, cum dictum fuerit id potissimum fieri ex bona fama, quæ ex probatis nostris operibus excitatur, & quæ cum sit unum ex bonis nostris vel maximè carum & procurandū, quid est quod jacturam ejus possimus facere?

Respon-

Respondeatur, & responsio secundam illam partem verborum Apolioli declarabit, quam huc remisimus, & quæ illa præcipue contingit omnibus dicitur odores Christi sive odorem mortis in mortem. Quia enumeratione sic dicitur, cædem profus intelligetur, quomodo famæ fiat iustitia. Quod irturcum S. Augustinus sic præclarè demonstrat: Non dixit Apolioli, bonus odor in iis qui faciunt sunt, & malus odor in iis qui perenunt: sed good ad nos attinet, bonus odor somus, & in iis qui salvant sunt, & in iis qui pereunt. Et quoniam fieri hominem bono odore, non est impropositum neque inconveniens. Parire autem hominem bono odore, quæstio est? Magna vis, magna veritas. & si capi non potest, ita sit. Nam ut novitius quæ difficile cogitur, statim subscit. Et adhuc quis idoneus? Quia est, ad hac quia idoneus? Quis intelligat homines mortis bono odore? Tamen aliquid deam fratribus. Ecce ipse Paulus prædicabat Evangelium, multi illam amabant prædicatorem Evangelii, multi illi invidebant. Qui illam amabant, bono odore salvabantur; qui illi invidebant, bono odore peribant. Ideo & perennibus non malus odor, sed bonus odor. Ideo enim magis illi invidebant, quia tantum bona in illo gratia prævalebat: nemo enim suruideret misero. Erat ergo glorioſus in prædicatione verbi Dei, & vivens secundum regulam illius virginis dilectionis, & diligebant eum qui in illo diligebant Christum, qui sequebantur bonum odorem. Diligebat amicum sponsi sui, sponsa ipsa quæ dicit in Cantico Canicorum. Post odorem unguentorum tuorum curremus. Illi autem alii quanto magis cum videbant in gloria prædicationis Evangelii, & in vita inculpabilis, tanto magis invidiabantur & occidebantur bono odore.

Cast. 1. Tu iude, Lector, collige, vel auditori colligendum expone quām fuerit necessarium Apoliolo, jacturam sua famæ facere; non enim ei poterat invidiari, nisi simul odiosus haberetur, nisi simul probis & maledictis invidorum subiectetur, nisi simul denique derideretur; quod quid est aliud quām apud illos famæ jacturam facere? Neque hoc ignorabat Apoliolus, ac propterea consequenter dicebat: Non sumus sic ut plurimi adulterantes verbum Dei, ut scilicet modo placeam & mihi famam eloquentiaz compaream, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, etiam Ds. in Chro loquimur, hic eruditus, barbarus, impertitus, & ignarus viuis illis appaream, qui multum ponuant in iecesis verbis. Esto apud illos fama excidam, libenter hoc patiar,

libenter hoc impendam bonum, ut quibus me volet Christus proficeret, proficiam. Quod & alibi repetens, An quaro, inquit in hominibus placere? Si adhuc hominibus placet, Christi servus non essem. Si placet semper secutus agendo quām deceret Apoliolum & Christi servum, cum alioquin affirmet se per omnia omnibus placere, non querendo quod ubi utile est, utilitate temporali, sed quod mulier ut salvi fiant. Sic deinde nobis omnes idem commendans, Nemoriantes, inquit, ullam offensionem ut non vituperaret ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipos sicut Dei ministros in multis patientia, per arma justitia à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem: per insania & bonam famam; quasi diceret, quidquid spectaculo genitus boni quod honorificum sive honestum vocant, totum est plane conserandum.

Neque vero minus alia quæ sunt utilitatis & voluptatis bona eam in rem expendenda sunt, cūm oporteat Evangelium seu Evangelica doctrinam non verbo solum sed facto confirmare. Quomodo enim beatos pauperes, beatos moles, lugentes, & persecutionem patientes asseremus, nisi nos ipsi paupertatem, manus ludinem, luctum, tribulationes & alia quæ mundus horret, & quæ Christus beatificat, subemus: aut subite parati sumus tam lato animo, quām latos eos esse volumus quibus laetiam leu tranquillitatem coadi in adversis prædicamus? Eritis mihi testes usque ad ultimum terræ, inquietabat suis Christus, & paucis hisce verbis totum id complexus est quod pluribus dicendum esset de bonis omnibus ultra impendendis. Nam si testes, profecti i: esse debent quibus dicendum fides adhibeatur; at quomodo fides eorum quæ dicent ipsis adhibebitur, nisi se dictis conforment suis? Quomodo testabuntur quod Christus docuit contra vanas mundi solitudines, si sint ipsi de rebus suis nimis solliciti? Quomodo testabuntur id ita esse sicut Christus dixit, quod alium est hominibus, Luc. 16. id abominationem esse apud Deum, si quod alium est hominibus ipsi conlectentur? Quale futurum est eorum testimonium de b: atiore mendico Lazaro supra divitem Epuloarem, si similiores appearant diviti quām mendico?

O quām te eti S. Hieronymus, non confundans sermonem tuum operatum, ne eum in Ecclesiastis loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo hac quæ dicas, ipse non facis? Delicatus magister

Q. 2

c. 8

est qui pleno ventre disputat dejeuniis. Accusa-
re avaritiam & latro potest. Sacerdotis Christi
es, mens, manusque concordent; Id est, quis-
quis de Christo loqui voluerit, tam necesse est
ut quod ore loquitur, manu & opere compro-
bet, ut, nisi quod loquitur ita probet, non pue-
tur probabile.

Atque haec necessitatis consideratio suffi-
cient ad alterum propositionis sensum exponen-
dum, quo excitamur ad subeundam libenter que-
vis incommoda potius quam tantae desimus ne-
cessitati. Quale enim servo Christi probrum, si
Christo suo prætulerit nescio quod temporale
bonum, quod sibi perire noluit? Quid tibi vi-
detur de Christo, cuius filius est? cuius est no-
minis? cuius pretii? cuius valoris? Si quid boni
referas, quod non libenter impenderis in il-
litas obsequium, tu minoris illum adest mas,
quam illud bonum quod reservas.

Non scille, non sic tam parvi animant tuam
dicit! Certe quando vel unam sanguinis sui
gutam tibi redimendo dedicer, nonne faci
deset quantitate faceret? At non satis illi fuit
gutam, aut aliquam sui partem dare, sed to-
tum planè totum, quantus quantus ille fuit, se
totum tibi dedit, & ceteris datum renovat, quo-
ties communicas; tu vero tui partem duntaxa-
dabis; & quam scilicet voles, nempe viuorem,
& quam minus caram habebis; nam quod sibi
reservatur, hoc semper est pretiosius.

Præclarè admodum properea Sapiens: Gra-
eci. 29. tiām fideiūsorū ne oblīvīscaris, dedit enim pro te
animam suam. Repromissorū fugit peccator &
*immundus. Bona repromissorū sibi asserit pec-*Cor. 9.**
cator: & ingratus sensu derelinquit liberantem
se. Perpendi debent omnia, Primo vide quid sit
esse Fideiūsorem, seu Repromissorem, nempe
qui se vadet, & sponsorem pro alio ita consti-
*tuit, ut, quoties opportunitum fuerit, hunc re-*Matt. 10.**
presentet, & quocunque debitum solvat, seu
pecuniam eius loco subeat. Quod certè à Christo
Domino plenè & cumulate factum pro nobis
nemo fidelis ambigat; unde ipse in Psalmis:
ps. 69. qua non rapui, tunc exolvebam.

Secundo, contemplare quantam à nobis exi-
gar gratitudinem tale beneficium, vel quam sit
ille ingratus, qui benefactorem suum non agno-
scat. Tertio, considera quid sit esse gratum vel
ingratum. Hanc præcipue notam designant o-
mnes, ut, si fieri potest, par simile que aliquid
accepto reddatur beneficio, vel quidquid sit,
quo saltem modo & tempore benefactor volue-

rit, hoc reddatur. Sic expreſſe Divus Thomas;
Et ita fert gratitudinis exprimendæ nomen uli-
tatum, antipelargia, cuius nōtio deducitur à Ci-
conis, quarum hoc est proprium, ut quam pul-
li à parentibus receperunt gratiam, dum volate
non poterant, eandem illis vicissim referant,
dum ad volandum impotentes fient.

Quarto, inquire quid simile Christo fide-
jussoſi posses reddere, nunquid te quod amino-
do fideiūsorem suum appellat Christus, qua-
do te testem sibi advocat? Non credent homi-
nes Christo dicenti bonum esse pati, & conte-
nni, nisi hoc homines ita esse testentur: fidei-
juſſorem Christi homines querunt, te veſt̄
Christus suum exhibet, te producit, te interpo-
nit, tuam obtestatur fidem, ut sibi hoc testimoniū
palam reddas, quid sit bonum pati &
concerni. Hoc est scilicet par Christo reddere,
si hoc testimonium reddideris; hoc est benefi-
ciūs suo gratum esse; hoc est liberantem fe-
liberare. Nam sicut fides Christi laborat apud
homines, & veritas in iustitia detinetur, ita li-
beratur dum nostro testimonio fides illa robo-
ratur.

Sed nisi etiam hoc testimonium reddideris,
nisi liberantem humilitate tua patientiam habe-
as, & sic toti mundo testis bonum ac beatum
esse pati, & concerni, hoc est par negare Chri-
sto, hoc est ingratum esse hoc est quod ait Sa-
piens, Ingratus sensu derelinquit liberantem se,
quo scilicet modo & tempore liberandus erat
liberator! O quale beneficium, posse liberare
liberatorem suum Christum! O qualis ingra-
tudo, nolle quod possis!

III. P U N C T U M.

*N*VL LIS igitur parcendum bonis ut Christi
bonus odor simus, ne ahoquin nobis id ex-
probetur, quod in Scriptura legitur: facere feci.
Exod. 5. suis odore meum. Et erit pro sua iudice factor, I. 3.
Nihil nempe fecidius, quam ut, cō quo hono-
ri tuo parcas, vel voluptati, vel pecunia; Chri-
sti honor depereat. Perit vero dupliciter, &
cum salutis verbum retinet, & cūm propterea
retinet, ne quid tibi, si loquereris, pereat. Va-
mēhi quia tacui, saltē si hoc agnosceres. Nec I. 6.
dicas te amore pacis id silere, quod ahoquin di-
cendum esset; Nam perversa pax illa est, quam
Christus diei se non misse in terram, sed po-
tius gladium illi oppositum: & iam alibi pro-
ducta, & probata haec habet ut Veritas;

Opta-

*M. p. Optabilius est bonum bellum, quam
Sabb. mala pax.*

Qui non renuntiat omnibus, non potest esse Christi discipulus.

In 1. parte, Feria 3. Hebdomada 6. post Epiphaniam.

Voluntatis ejusdem est, nolle afferre scandalum; & sufferre velle, si quando pravè accipitur.

In 2. parte, Feria 3. Septuagesima.

Quæ in malo bona est confusio, in bono mala est.

In 2. parte, Fer. 6. prima Hebdomada in Quadragesima.

Charitas non querendo sua melius invenit, quam si quereret.


In 2. parte, Feria 2. Hebdomada 3. post Pascha.

Solum pietatis genus est, in re saluti aduersa, suis esse crudelem.

In 3. parte, Fer. 3. Hebdom. 5.

Rape ad eum quos potes. Nam si potes, & non rapis, tot cœlo perdis quot Christo lucrari poteras.

In 3. parte, Sabbato Hebdom. 1L



Qq 3

FERIA

FERIA QVARTA.
DE PERFECTA DISCIPVLORVM OBEDIENTIA
IN ADDUCENDO AD CHRISTUM PULLO
ASINÆ.

Euntes autem Discipuli fecerunt sicut præcepérat illis Iesus. Matth. 21.

VERITAS PRACTICA.

Quod in aliis virtutibus magis esse possit vituperabile, hec est in obedientia magis laudabile.

RATIO EST. Quia quod magis esse possit vituperabile in aliis virtutibus, est indiscretio. Sed hoc est in obedientia magis laudabile, si fuerit indiscreta, quo sensu explicabitur. Ergo hinc Veritas manifestat patet, & tanto magis huc salubris indiscretio colenda est obediens volenti, quamvis hoc obedientia singularis est virtus.

L P U N C T U M .

Et cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliveti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis, Ite in castellum quod contra vos est, & statim invenietis asinam aligatam & pullum eum ea, solvite & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus.

Consideranda certe disciplorum obedientia, ut, qui in rebus difficultibus ad intellectum, & voluntatem, tam prompti fuerint, nulla ut intercedente mora præceptum adimpleverint. Poterant enim heterae dubii quid vellet Dominus, cum de asina sermonem, & præceptum illis ficeret: Poterant cogitate id illi omnino insuetum, ut jumento uteretur: Poterant pudore quod in affici, & deterriter ab illis ignoriosis animalibus per urbem addocendis: Poterant denique metuere, ne qui viderent eos aliena rapientes, contraria insurgetent, & obniterentur. Sed nihil horum apud se reputant, nihil discernunt, nihil discernunt, nihil iudicant, nihil verentur: toti sunt in his exequendas quae sibi iussa sunt: Et quod in aliis virtutibus magis esse possit vituperabile, hoc est in eorum obedientia magis laudabile,

Mira certe sententia, & digna quæ attentes consideretur, tum ut alii virtutibus generatis confundatur, tum particularim obedientiam.

Quid est autem in ceteris virtutibus magis vituperabile quam indiscretio, cum ut ait sanctus Bernardus, omni virtuti ordinem discretio Serm. 49. ponat, ordo modum tribuat & decorum: Unde & in Com. post alia quedam, concludit, Est ergo discretio non tam virtus, quam quidam modicatrix & auriga virtutum, ordinatrixque affectionum & morum doctrix. Tolle hanc & virtus vitium erit, ipsaque affection naturalis in perturbationem magis converterit, exterminisque natura. Sic sanctus Papa Gregorius: Bonis quidem inten- L 3. Mm. tione amici lob ad consolandum tenerant, sed c. 9. & hoc quod piament Deo mundum obvulsi, locutio seq. precipitata virtutavit; scriptum quippe est: si recte offeras, non recte autem dividias, peccasti. Re- dēnamque offertur cum recta intentione quid agitur, sed recte non dividatur, si non hoc quod p̄e agitur, etiam subtiliter discernatur. Oblataenim recte dividere, est qualibet bona nostra studia faciliter discernendo pensare. Sapè ergo & quod bono studio gerimus dum discernere caue negligimus, quo judicetur fine nescimus: & non unquam hoc est reatus criminis, quod putatur causa vir- tuis.

Sic ante hos omnes Cassianus, aut potius Antonius ille magnus quem refert Cassianus in- c. 2. ter omnes virtutes discretioni primas dedidit, cuius haec verba sunt: Hac namque est discretio Matth. que oculus & lucerna corporis in Evangelio nun- cupatur, secundum illam rationem Salvatoris. Lucerna corporis tui est oculus tuus: quod si oculi tuus simplex fuerit, totum corpus tuum laci- dūnerit; si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: et quid ipso cogitatione hominis universas actusq; discernens, cuncta que gerenda sunt peruidat atque per- ficit: que si in homine nequam fuerit, id est, non vero iudicio & scientia communica, sed quod liber errore ac presumptione accepta, totum corpus nostrum faciet

faciat tenebrosum, hoc est, omnem aciem mentis adū, que nos redet obscuros, cecitate scilicet vītorum & perturbationum tenebris involutos, Si enim, inquit, lumen, quod in te est tenebra sum tenebra ipse quanta erunt? Nulli namque dubium est, errantia iudicio cordis nostri & ignorationis nocte posse, cogitationes quoque & opera nostra quae ex discretionis deliberatione descendunt, majoribus peccatorum tenebris implicari.

Atque haec fuisus tota collatione secunda confirmantur tum Scripturae testimoniis, tum multis eorum exemplis, qui, quā indiscreti essent suis in virtutibus, suas ipsi virtutes in via converterunt, & suis ipsi viciis perversi sunt. Potestne dici aliquid magis virtuperabile?

II. PUNCTUM.

SED hoc est in Obedientia magis laudabile, si fuerit indiscreta, quo sensu ipsi sancti Parres intelligunt.

Hoc est, inquit sanctus Bernardus, docens per frat. de morte dei filii obediētiam. Elle indiscretam, hoc est non discernere quid vel quare pricipiatur, sed ad hoc tantum nati, ut fideliter & humiliter fiat quod à maiore pricipiatur. Lignum enim scientia boni & mali in paradiſo, censura discretionis est; in conversatione religionis penes Patrem spiritualem qui iudicat omnia. Ipsa vero à nemine iudicatur, nisi sit discernere, aliorum est obediēre. Adam gustauit in malum suum de ligno veitio, edictus ab eo qui sugerendo ait, quare pricipiis vobis Deus ut de ligno non comedere sis? Ecce diseretio, cur praceptum sit. Et addit: sciebat enim quia qua die comedere sis, aperient oculi vestris, & eritis sicut dei. Ecce ut quid praceptum sit, scilicet quod Deus fieri non sis, Disseruit, comedit, & inobedient factus est. Et de paradylo ejusdem est. Et paucis interjectis de vero loquens obediēte Stultus, inquit, si sit Sapiens: & hac omnis sit ius discrecio, ut in hoc nulla sit ei discrecio. Hac omnis Sapientia ejus sit, ut in hac parte, nulla ei sit.

Et post multa: Propter quod, inquit, pia similitudinaria, & in professione religionis & soliditudinis novus homo qui non habet vel rationem ducentem, vel affectum trahentem, vel discretionem moderantem, sed vi quadam veritur in seipsum, tanquam à figulo segmentum, lege quadam mandatorum Dei quasi manib[us] alienis facientes est & formandas in omni patientia, & in rotavolubili obediētia, & in igne probationis sua Plasma-

toris & formatoris sui voluntatis & arbitrio subdendus. Nam et si callos ingenio, si n[on] get arte, si preximenes intellectu, instrumenta sicut hoc cam virtutum quam virtutum. Non ergo refuzas doceri, ut in bono, quo & in malo ut potest, quia hoc primum virtutis opus est. Ingenium corpus adoptat, ars naturam informet, & intellectu non clausum faciat animum sed docibilem. Et contra Serm. V. quodam minus quam decerset obedientes, Non de Cœnu. S. Pauli.

Eum qui non suam sed Patria venit facere voluntatem. Discernunt & dijudicant eligentes in quibus obediēt Imperanti. Et nonnullis interjectis, ad hoc d[icit] Paulo veiba: Et aperies oculis nihil videbas, Fælici cecitas qua male quondam illuminasti in prævaricatione, tandem in conversione eccl[esi]i salubriter excacansur.

Sic sanctus ille Gregorius ubi de puer Sa- mueli agit: Puer, inquit, humilius homini subje- L 2. in ctes, atque obedientia ardua ore sublimatus, lib. Reg. dum vocatus accessit, ussus redit, quid aliud no c. 4. b[us] exemplo praberis? altissima formam obediē- tia? Vera namque obedientia nec Præpositorum intentionem discitat, nec præcepta discernit: quia qui omnia vita sua iudicium Majori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi pricipiatur, operatur. Nescit enim iudicare, quisquis perfecte didicerit obediēre, quia hoc tantum bonum putat, si præceptis obediāt: Et post pauca: Præceptum namque in hoc solo pensari debet, quod majoris præceptum est, & qui obedientie bonum exequitur non injunctum opus debet considerare sed fructum: quia ad premerenda eterna vita gaudia non exquiritur qualitas operis, sed mortificatio propriis, & execu- tio aliena voluntatis.

Sic denique qui supra idem ipse Cassianus sic De Inst. verè obedientes superiori describit, ut universa Ren. l. 4. compleant quacunque fuerint ab eo præcepta, tan c. 10. quam si à Deo sint cœlitus edita, sine illa discussione festinant: ut nonnunquam etiam impossibili- bilitas sibi met imperata capile ac devotore susci- piant, ut tota virtute ac sine illa cordu basitatio- ne perficere ea aut consummare nitantur. & ne impossibilitatem quidem præcepti pro sui Senioris reverentia metiantur. Et ibidec longinquo ibid. c. 4x post capite: Quarum hoc, inquit, præ omnibus excole quod hac qua supra diximus iria ornet atque commendet. Id est, ut stultum te secundum Apostoli sententiam facias, in hoc mundo, ut sis Sapiens: Nihil scilicet discernens, nihil diuinans ex his qua tibi fuerint imperata,

sed

Colat. 18. 6. 3. sed cum omni simplicitate ac fide obedientiam semper exhibeas, illud tamquammodo sanctum, illud utilile, illud Sapientis esse judicaris, quidquid tibi vel Lex Dei, vel Senioris examen indixerit, itemque in Collationibus Ceterum, inquit, nunquam rationem Veritatis intrabit quisquis a discussione caperit eruditiri, quia videns eum inimicus suo potius quam Parrum judicio confidentem, facile in idique propellit, ut etiam illa que maximè utilia atque saluberrima sunt, superflua ei videantur & noxia. Atque ita præsumptoni ejus callidus hostis illudit, ut irrationalibus definitionibus suis pertinaciter inherendo, hoc solummodo sibi sanctum esse persuadeat quod rectum atque justissimum suum obstinationis errore consuerit.

Nonne hoc est aperte dicere non minus discretione perire obedientiarum & animam, quam aliae pereant Indiscretione virtutes: ac proinde non minus hoc esse laudabile in obedientia si fuerit indiscreta, quam in ceteris virtutibus hoc esset vituperabile?

III. PUNCTUM.

HINC ergo manfestè patet proposita Veritas, que si pluribus confirmanda esset, sanctus Joannes Climacus in illo quem scripsit libro de Scala Paradisi gradu 4. de obedientia: & gradu 31, de discretione, sat multa suggestit, ex quibus pauca hæc sint instar omnium. Obedientia, inquit, est inexaminata atque indiscretus motus, ut in navigatio, securum periculum, conformatum dormiendo iter, sepulchrum voluntatis, nihil discernit, nihil resistit. Obedientia est discretio nis depositio inter divitias discretionis. Quæ potestra sententia valde notanda est, simul enim conjungit & concordat qua inter se videbantur dissidere cum discrecio tanto pere commendaretur, ac colparetur, ut nec abesse ab obedientia, nec illi posse adesse censeretur. Sic tamen utrumque præclarè conuenit, quando de obedientia dicitur, quod sit discretionis depositio inter divitias discretionis; non enim discretionem perdit obediens, sed deponit, sicut si quis pecuniam suam deponeret apud aliquem valde fidem, non haberet apud se pecuniam, sed apud alium; sic suo quodam modo qui obedit in rebus etiam intellectui repugnantibus, discretionem suam deponit apud illum à quo jubaretur; discretionem qua judicare non ita esse facendum, communatur eum illo qui alter judicat, & qui tem imperat.

Indiscretus est, ut sit indiscretus: Indiscretus est secundum quoddam corrupte naturæ judicium, ut sit indiscretus sano, & recto rationis consilio. Quod si abundare videtur rationibus contra id quod jubetur, ecce ubi viger, ubi vincat & triumphat Obedientia, cum inter falsas illas humanæ discretionis divitias deponit hanc discretionem, & obedientem proprio denudat judicio ut hoc unum quod Superior judicat & imperat, sic illæ judicet & exequatur.

Aut si, quod verius est de veris divitias, illud Climaci dictum maius interpretari, sic obedientia dicenda est discretionis depositio inter divitias discretionis, id est, inter multiplices & eximas illas rationes licet latentes, vel quibus abundat Superior, ut id quod jubetur, jubeat, vel quibus abundat Inferior ut id agat quod jubetur etiam contra proprium sensum: quod est apud 2. Cor. 9. Apostolum, lucis letari & abundare in omnem simplicitatem. Sic Divus Thomas expponens quo sensu dixerit sanctus Benedictus etiam tentanda esse impossibilia, quæ à Superiori juberentur 1. 2. 3. 4. Quia, inquit, an aliquid sit possibile, subditus non agit, debet suo judicio definire, sed in unoquoque judicio tentatio Superioris stare. Sic Divus Basilius de Iudicij persiculis, prorsus illum esse sollicitum finito, qui impetrat.

Quamobrem, ut ad proximū deveniat, vide quanti facias Obedientiam, quid de hac virtute judices, utrum sit prudentius obediens, vel non? Ni si fueris filius Belial, id est, absque iugo, non dubitabis profectò affirmare, longè id esse melius, sapientius, & salubrioris obediens. Sed persuasum habe, non esse aliud obediens, ac indiscretum esse, quo sensu dictum est; si times hanc discretam indiscretiorem, times veram obedientiam. Quid est quod obedientiam proficeris & diligis nisi ut perfectè vivas? sed quomodo perfectè vivas in obedientia, nisi & ipsa perfecta fuerit obedientia. Quomodo autem perfecta si discreta non sese, si discernas quis jubeat, vel quæ jubeat, vel quo motivo, vel similia, quæ occurunt discretis illis virtutis, contra quos aperte sanctus Bernardus quis tibi diligenter applicet: imperfecti cordis, & L. dico, insirma prorsus voluntaria judicium est. Statuta cetero Seniorum studioius discutere, harere ad singula difficultates injunguntur, exigere de quibus curqueratorem, & male suspicari de omni precepto cuius causa latuerit, nec unquam libenter audire his eum audire contigerit quod forcè libuerit, aut quod non aliter lucere seu expedire monstraverit vel aperta ratio vel indubitate autoritas. Delicata

tafatis, immo nimis molesta hujusmodi obediens. Non planè hec illa est quæ ex regula traditur, OBEDIENTIA SINE MORA. Disputare professa hoc est in astu cordis, non in auditu auris obedire.

Verum hoc ante prævidisse debueras, quò turpis hujus evangelie non prius jaceret fundamenata, quād sedens computares si haberes sumptus ad perficiendum. Nunc autem quid restat, nisi ut aut correditus obediens Senioribus: aut confusus audias ab illiusoribus: Hic homo coepit adificare, & non posuit consummare?

Vide in 2. parte, Fer. 4. octavæ Ascensionis, ubi hæc exhibetur Veritas:

Quæ rationes inquirit obedientiæ, rationem querit lux inobedientiæ.

In 3. p. Sabbato Hebd. 9. adhanc ibi expositam Veritatem.

Quò magis est oculata concupiscentia, magis est cœca.

Sic vero in oppositum apre formari posset Veritas, atque ex iam dictis probari:

Quò magis cœca est obedientia, magis est oculata.

FERIA QVINTA.

INGREDIENTI DOMINO IN CIVITATEM
TURBÆ OCCURRUNT CUM PALMIS,
ET FAUSTA OMNIUM
ACCLAMATIONE.

Ozanna filio David; Benedictas qui venit in nomine Domini; Ozanna in excelsis. Matth. 21.

VERITAS PRACTICA.

Nisi cor, lingua, & manus ad devotionem simul conspirent, ipsa expirabit Devotio.

RATIO EST. Quia tunc dicitur expirare devotio, quando proprium illum suum non producit effectum, quonos totos Deo devoret, & addiet.

Sed nisi cor, lingua, & manus ad devotionem simul conspirent, non produce illum suum effectum.

Ergo & ipsa expirabit Devotio: seu potius ne deficit, & expiret, procuranda sunt diligenter illa tria, de quibus expresse propterea S. Bernardus sermonem insituit.

I. PUNCTUM.

Hoc celeberrimo Christi triumpho, qui à quatuor Evangelistis fuscè describitur, jamque à Prophetis longè ante denuntiatus Hayne fuit Pars quarta.

erat, & in Agno Paschali per urbem sic festivè cum ramis deducto figuratus: quād sint omnia mira & consideratione dignissima, nemo non videbat.

Contemplare aliqua pro affectu; Admirare Dominum asinæ infidentem, plorantem in cali triumpho, prædicentem urbi exitum, turbas præcedentes, & sequentes cum palmârum ramis; omnes uno ore, una mente acclamantes ozanna, quæ vox erat lætitiae, & fausta precantium; discipulos & alios cives sua veltimenta substernentes, solos Judæos invida tabescientes, & infrendingentes. Quorsum hæc omnia post aliquot dies crucifigendo? Nempe ut indicaret se libenter volentem moritum, & Dominum & Regem hominum, à quibus quando vellet coleretur, & à quibus si male aliquando tractaretur non nisi permisso suo id eventurum. Deniq; ut disceres ab his turbis: quæ profectò divinitus electæ sunt, veram devotionem. Vide attentius quād mirè tria hæc simul

R. r

323

conjungant Cor, Linguam, & manus. Cor vide-
licet in adest illo affectu quem certum de-
monstrant ad Christum quam possunt honori-
ficè recipiendum; Linguam vero in laus acclama-
tionibus; Ac denique manus & opera in ex-
dendis nobilissimorum aiborum ramis, usque
palam proferendis nullo meru Judæorum, qui
caverant ne quis eum ut Prophetam haberet; nullo
Herodis, nullo Præsidis, aut Præsidarij tu-
more militis, qui in urbe novum Regem audie-
bant renuntiati. Hæc est scilicet vera Devotio,
nec aliter vera, nisi cum illa tria simul concur-
runt, & concordant.

Ratio est evidenter, quæ ab ipsa Devotio-
nis natura & nomine deprorinatur. Quid est enim

Devotio? Unde huic virtuti nomen? Respondeat
2.2. q. 82. sanctus Thomas his verbis: *Devotio dicitur à
devovendo;* unde *Devoti dicuntur qui seipso quo-*

*dammido Deo devovent, ut ei se totaliter sub-
dant, propter quod & olim apud Gentiles devoti
dicebantur que seipso idolis devovebant in mor-
tem, pro suis salute exercitus, sicut de rubeis Decis
Titus Livius narrat, Vnde de votio nihil aliud esse
videtur quam voluntas quadam promptè traden-
di se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum; unde
Exodi trigesimo quinto dicitur, quod multitudine
filiorum Israel obtulit mente promptissima atque*

devota præmitias Domino.

Sic antè pridem inter alios insigniter sanctus Ambrosius devotionem expresserat exemplo Patriarcha.

Gen. 12.

Primum est cum iussus fuit Abraham ē terra
sua egredi; quo de egressu sic Sanctus ille Do-
ctor: Itaque cunctus modi fuerit in eo Viro devoio
consideremus. Ea enim virtus ordine prima est,
qua est fundamenum ceterarum meritoque hanc
ab eo primam exegit Deus, dicens: Ex de terra tua
& de cognitione tua, & de domo Patri sui. Satis
fuerat, dixisse de terræ tua, tamen erat exire de
cognitione, exire de paterna dono. Sed ideo addi-
xit singula ut ejus affectum probaret, Id est, ut
quā: de votus esset, significaret, deferendo tua
omnia, ut se tolum Deo daret; sic enim per-
git sanctus Ambrosius: Coacervanda fuerunt
præcepta ne quid lateret, proponenda premia ne
forte deficeret. Tantatur ut fortis, incitatur ut fa-
stis, provocatur ut justus, meritoque exigit
quemadmodum locutus est illi Dominus; Et paulo

post in mortalem sensum illa coercervata prece-
pta convertens: Consideremus, inquit, ut forte hoc
sit exire de terra sua, de hujus terra, hoc est di cor-
poris nostri quadam commoratione egredi, de qua
exivit Paulus qui dixit, nostra autem conuersatio
in celis est: & de illecebris & delectationibus cor-
poralibus, quas velut cognatas anima nostra dixit
quam compatis necessè est corpori, donec eis colla-
gata vinculo adharet. Ergo exire de conuersatio-
ne terrena, & a facularibus oblectamento, & su-
perioris vita moribus atque aliibus debemus, ni
non solum loca sed etiam nosmetipos mutemus, si
capimus adhuc Christo, deferamus corrupti-
bilis, id est nulla re terrena & humana detinean-
tur quia ex totis nobis, Dei simus.

Secundum Abrahami factum, quod sanctus Doctor afferit in exemplum vere devotionis, Gen.
hoc est quando fame urgente descendit in Agyptum Sara conjugi, pulcherrimus, inquit,
& hic locus ad incitandum studium devotionis,
quod is qui Deum sequitur, tunc semper est. It-
tudo Deum debemus præferre omnibus, nec patria
contingit, nec parentum filiorumque gratia, nec
uxoris contemplacione revocari debemus ab ex-
quitione præceptorum cœlestium, quia Deus no-
bis omnia illa largitur, & potius est servare quæ
donat. Itaque magnum exemplum de votis: Abra-
ham quod cum uxore speciosa descendit in Agyptum
Erat quidem justo viro cura conjugali pu-
dicatus, sed major erat studium maturanda devo-
tio, ne præcilius custodiatur hori mandatis vi-
deretur eccl. stibis. Itaque quoniam propter Deum
contempnit omnia, recipit a Deo multiplicata o-
mnia.

Tertium denique factum Abrahami est, cum Iacob
filium suum ad holocaustum iussus offerre. Non & Ad
post dies, inquit sanctus Ambrosius, ut Cain ob-
tulit, sed exurgens manè stravist affam suum, & Ge 22
adhibuit secum duos pueros, & Isaac filium suum,
& concident ligna ad holocaustum surgens abiit;
& venit ad locum quem dixerat ei Deus die ter-
ta, prædicto adverte immolans studium matu-
rum atque festinum, ut moræ expectationis non os-
set, usq[ue] donec audiaret oraculum. Deinde ut ster-
neret affam suam obsequum omne ipse suscepit
& sacrificio necessaria prepararet; Quasi diceret
sanctus Doctor, In hoc uno Abrahami facto
tria continentur quibus manifestè Patriarcha
indicavit, quam seruum daret devotionem, seu
potius quam le torum devotione daret Deo.
Primum est quod filium suum Isaac, in quo
habet omnia, libenter Deo voluerit immo-
lare.

late. Secundum est, quod in hoc peragendo sacrificio nullam interposuerit moram, sed ipso, quo iussus est, momento temporis se ad iter accinxit, quasi qui nulla re detineretur quin totus esset Dei; licet multa cum humanitas detinere possent.

Tertium est, quod tametsi multis habebat servos quorum erat asinam sternere, ligna considerare, & alia sacrificio necessaria præparare, nihil tamen horum servis reliquit, sed ipse unus omnium peragens nulla in parte perficiendo sacrificio de cœle voluit, ne qua pars sui esset, ex qua totus non esset Dei.

O vero Virum fidem qui se non minus in holocultum Deo totum immolavit, quam similem! O vero magnavitus Devotio, quæ tales viros facit.

II. P U N C T U M.

SED nisi Cor, Lingua, & Manus ad devotionem simul consenserint, Devotio non producet hunc effectum, Devotio non totum hominem Deo dabit.

Nam illi sit ipsa tota & completa devotio, quomodo totum hominem Deo dabit? Nonne qua parte ipsa deficiet, defectus in effectum secundabit? Nonne idecirco dicitur à Domino, quod omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit, qualis dicceret, ut habet interlinearis: à radice fructus pulchritudinat, qualis est causa, talis effectus; si manca, si dimidiat, si qua parte deficiens devotio, non aliud ab illa est expectandum effectus quam deficiente, non alium Deo dabit hominem, quam dimidiatum, & aliqua sui parte constitutum.

At vero quis nesciat non posse dei totam & completam esse devotionem, nisi totis confiteri suis patribus? Quis autem ignoret has ejus esse partes, quachùs tribus humani corporis membris, corde, lingua, & manu, designantur, nempe cogitationes, verba & opera? Quis non videat, quis non in le sentiat se in his tribus exercendis, si devotio non exercere velit? Quis alioquin audeat se deo profiteri si vel nullas corde pias motiones & cogitationes sentiat; vel nullas ore possit preces fundere, nulla de Deo, nulla de divinis verba rebus se posse promovere; vel nulla, denique pieatis opera si posse operari, aut nisi cum nauica, cum tædio, nisi remitement & invitum? Quis inquam non modo in his simul tribus qui deficiat, sed qui seorsum in uno desit aut altero, non te agnoscat

& fateatur tam longè alienum à vera devotione quam vera Devotio non potest esse nisi tribus illis in partibus?

Licet enim Devotio possit esse alia Cordis, alia Lingua, & alia quædam operum, neque simul haec tres actus semper coniungantur; si tamen illa quæ lingua aut operum diceretur devotio, non aliquid participaret ex illa quæ esset Cordis; putasne quod esset vera devotio? Putamus quod non esset illa hypocrisis, & simulata devotio, proper quam d'cebat Dominus: Hypocrita, bene de vobis proibi t'asisti: populus hic labitur me honorat, cor autem eorum longè est à me? Quod si etiam sola esset Cordis devotio, nec ulla linguae vel operum ederetur, quando interdum selecderet ejus exercenda opportunitas vel publica, vel privata, ut in templis se quenctandis, in Sacramentis audeundis, & aius Christianæ religionis munib'bus excolendis, putasne quod illa cordis devotio, vera esset devotio? Nonne hoc exercitum sapit, & impium, qui nulla tempora recipiat, nullum sacrificium, nullas publicas precies, nullos religiosas discipline ritus, nullas ceremonias, totum corde, totum intus in animo, nihil extra prodatur? Et ubi vox Apostoli, obsecro primum omnium fieri observationes, orationes, postulationes Gratiarum actiones, pro omnibus hominibus pro Regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram Salvatore nostro Deo qui omnes homines vult salvos fieri ad agnitionem veritatis venire. Ac paulo post: Volo vos ergo viros Ibid, orare in omni loco, levantes pure manus sine ira & disceptatione, id est, toto corpore ad pietatem recte composito, secundum communem & ab omni Ecclesia probatum orandi morem non ex vanâ quadam complacencia, vel pravo quovis affectu, sed purè propter Deum, levando simul membra & manus, ut exterior corporis species sit internæ figura puritatis. Atque in hoc situ & habitu sic omnes consentire velint, nullus ut omnino dissentiat.

Non semper autem illa exterior exercetur de votio, sed semper vera devotio paratum reddit hominem ad illam exteriorē exercendam, quando id Ratio sive Religio postulabit, aut non est vera devotio, nec totum proinde hominem Deo subjicer.

Quod egregie D. Thomas illustrat & confirmit cùm ad illa quæ possent obiecta quæ dixi & quæ supra commemorata sunt de proprio

R 2 devo-

2.2.9.32.
9.1. ad 40
n.2.

devotionis actu & effectu, sic responderet: Cum devo^{tio} sit actus voluntatis hominis seipsum offer-
rensis Deo ad ei servendum qui est ultimus finis,
consequens est quod devo^{tio} imponat modum hu-
manis actibus, sive sint ipsius voluntatis circa ea
que sunt ad finem, sive etiam sint aliarum posen-
tiarum qua n voluntate moveruntur. Et paulo post

Devo^{tio}, inquit, invenitur in diversis generibus
actuum, non sicut species illorum generum, sed si-
cūs mo^{to} moveritis invenitur virtute in moti-
bus mobilium. Id est, una est virtus, Devo^{tio}, que
quidquid corde, lingua, opere circa Dei cultum
exercetur, ipsa una efficit si non actu semper,
salem virtute, ac propterea modum etiam ita
imponit humanis actibus, ut nihil homo agat,
quod devo^{tio} repugnet; & ea omnia sit para-
tas agere, que illa virtus exigeret. Cum enim hu-
mani actus, sive boni sive mali sint, tribus hilce-
tantum modis siant, vel cogitando, vel loquen-
do, vel operando ut expre^se idem sanctus Do-
ctor docet, & ipsa latissim probaratur experien-
tia, nonne quando dicit, devo^{tio}ne imponere
modum humanis actibus, perinde est ac si di-
ceret imponere modum cordi, lingue & manus,
imponere modum cogitationis, verbis,
& operibus, siveque hominem Deo subiecere; ac
consequenter nisi tria illa conspirent ad devo-
tioⁿem, devo^{tio}ne non esse veram, nec posse
illum suum effectum producere, quo si homo
totus Del.

Quod & Divus Bernardus fructuose prose-
quuntur in illo sermone quem scripsit de triplici
custodia manus, lingue, & cordis: Omnes, inquit
nobis causam deesse gratiam, sed justius forsitan
ipsa sibi queratur gratia deesse nonnullos. Nempe
res cordis est, gratia devo^{tio}nis ipsa quam queri-
mus; & hoc munere ipso se fraudat qui internum
si dissimilat receptaculum exhibere. Ceterum
unde illuc cura cordis, cui ne ipsa quidem aliae or-
ris circumspetio, seminaria custodii subest? Non
sibi deesse meretur coniunctio qui nec ini-
tium apprehendit: sed ne is quoque qui iniun-
tam tenere videretur, si ad medium non pervenit.
Quasi diceret sicut addomum & dificardam tria
hoc, fundatum, parietes, & tectum, sunt ita
necessaria, ut non sit domus, nisi tribus his co-
stet, sic nec vera devo^{tio} nisi tribus his tute ca-
sodatis, manus, lingua, & corde. Videnti possent
qua plura persequitur: Et hae tria magnificè
continetur his sacris verbis: Dei nōbi (Deus)
cor omnibus ut collatiōē faciat eis voluntati-
rem, corde magno, & animo volenti, Adape-

riat cor vestrum in lege sua, & in preceptis suis,
faciat pacem Exaudi orationes vestras, & re-
concilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo
Q^{uod} ad cultum Sancti Iusti Sacramentū Divus
Thomas sic applicat: Recedant vetera, nova sint
omnia, Corda, voces, & opera.

III. P U N C T U M.

HO C ipsum est igitur, quod habet Veritas:
Nisi Cor, lingua, & manus ad devo^{tio}ne
similiter confirent, ipsa exprimat devo^{tio}. Diversa
est similitudo, sed ipsa prorsus res eadem, Nam
quod est dominum destrui, hoc est animam expi-
rare, & sicut utrumq; illud accidit deficiū partium,
quibus & domus constat, & quodvis ani-
matuta; sic plane devo^{tio} ruat & exprimat ne-
cessē est, si aliqua trium illarum partium ipsi de-
sit. Nomen habet quod virtus & mortuus es. Esto Agas
vigilans & confirma eastera que moritura erant.

Vix illa est alia virtus, in qua magis decipiunt
homines quam vera devo^{tio}. Non est quod
putant, multum orare, multum affici, multa le-
rite de divinis; vel multa de his loqui: sed hoc u-
num vel **maxime**, **TOTUM ESSE DEI**, totum
corde, lingua & manu; quod quamvis re^cele medita-
tendo campa atur, pauci que sunt quise te^cta
addicant meditationibus, idcirco iam pauci sunt
quoniam modo vere sint devo^t, sed quod sunt
devo^{tum} vix sciant. Hinc ap^te Divus Thomas
expres^so docet articulo devo^{tio}nis causam esse
meditationem. Dicitum est enim, inquit, quod de-
vo^{tio} est quidam voluntatis actus ad hoc quod a^z
homo proprie^ret trahat ad divinum obsequium.
Omni autem actus voluntatis ex aliqua considera-
tione procedit, eo quod bonum intellectum est ob-
jectum voluntatis. Unde & Augustinus dicit in li-
bris de Trinitate quod voluntas oritur ex intelli-
gentia. Et ideo necesse est quod meditationis sit devo^{tio}
causa in quantum faciliter homo per meditationem
concepit quod se trahat divino obsequio. Tum post multa concludens articulum de viris
doctis, qui sat multa considerant & mediantr
nec tamquam devoti sunt, sic opportunè repondet
hoc via fieri, quod est statim sua doctrina non se Deo to-
taliter trahant: si tamen, inquit, scientiam quo-
cunq; aliam perfectionem homo perficit Deo subdat,
ex hoc ipso devo^{tio} augetur. Quasi diceret, to^m est
est in leibundis Deo. Sicut melius Deo subdat
inducti quam docti viri, certe inducti præstant
devo^{tio}ne doctis: sed si viri docti se suamque
do-

doctrinam Deo subdunt, tunc docti præstant aliis, non quod sint doctiores, sed quod doctrina redit utantur, dum se rectè Deo subdunt.

¶ 36. O quām aprè propterea dictum à Psalte Regio, *Subditus es domino, & oras tuas*, quasi dicaret, nil putas alioquin te agere, quidquid ores, nisi te prius Deo subdas, aut nisi ores, & mediteris, ut discas quomodo te oporteat subjectum esse Deo. Tam multa sunt enim, quæ si tantisper considerentur, nobis persuadeant hanc per-

Pf. 61.

FERIA SEXTA. DE PVERIS SIMVL CVM VIRIS, ET SEORSVM CLAMANTIBUS

Ozanna filio David.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Psal. 8.

Matth. 21.

VERITAS PRACTICA.

Sic sibi Christus placet in pueris, ut si pueros imitentur viri, magis sibi Christus in viris placat.

RATIO EST. Quia magis sibi Christus placet in vera virtute quam in non vera. Sed si pueros imitentur viri, vera est virorum virtus, cum puerorum virtus non sit vera. Ergo sibi magis Christus placet in viris quam pueris, unde est viris motivum efficax, ut, in quo pueros Christo placere vident, eos imitentur.

I. PUNCTUM.

QUAS Christo Domino pueri dedecunt laudes, singulariter merentur admirationem & discutsum, ob hac circuia præcipue. Primo quia laus ab infantibus & pueris Christo data Divinitatis ejus testimonium prohibebat nobilium, quam quæ à ceteris dari poterat; nam quod virum laudabilem ratione prædicti collaudarent non solum naturale & humanum videretur; sed quod pueri & infantes, qui nec naturaliter loqui, nec vitios laude dignos agnoscere poterant, ita tamen

Christum laudent, ut vox illorum præ ceteris audiatur, non nisi miraculo, divinæque potentiae referri potest. Unde ubi ex Psalmo legitur, *ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*, alia versio habet, *Ex ore infantium & lactentium fudasti fortitudinem, vel, constituiisti robur*. Quasi dicereatur, ut interpretatur sanctus Chrysostomus; *Potentiam tuam hoc maximum ostendisti quod infantium linguas commoveris ad laudes tuas celebrandas.*

Secundo, magis mira est hæc à pueris. Christo data laudatio, quia magis fuit constans & producta longius, non enim solum cum viris laudes suas adjungebant, quando Christus per urbem incedebat triumphantí similis, sed in ipso templo magnificos celebrabant choros; & postridie cum Dominus in urbem rediit, soli dicuntur pueri divinas illas voces, *ozanna filio David, decantales*, quod Phariseis tam acerbum erat audire, ut de hoc maxime cum Christo expostularent.

Tertio denique cum inter Iudeos illos, qui Christo laudes decantabant, pauci admodum, & vix ulli essent, qui puritatem mentis colebant, virtus vero testarentur omnes; parum erat Christo talis accepta laus, quæ à puero non fundebatur pectori. Nec tamen laudes tali die sibi das abnuebat; quamobrem pueros excusatavit,

Rr 3 tavit,

tavit, ut quandoquidem laudandus erat, sic à puris laudaretur linguis & mentibus. Nesciebant certè infantes quid loquerentur, unde ex hac parte ius ab illis profecta minus honorifica centri posset: sed quia tamen à puro profecta laus erat organo, malebat Christus hoc laudandi sui genus, malebat ab imperiis, si puri essent, se laudari: quam à perius & quibusvis aliis, qui non ita puri essent.

O præclarum viris documentum, & motu protæctio efficax ad colendam illam puerorum puritatem, quā Christo placeant sive dum illum dictis colunt, sive dum factis celebrant & honorant. Nam si tantopere Christo placuit puerorum puritas, quanto magis virorum.

Aperta est enim, & valde consideranda ratio, cur ratione prædicti magis Deo placeant, si puerorum puritatem habeant, quam ipsi pueri nondum humanæ compotes rationis. Quid enim manifestius, quam quod Christo magis placeat vera virtus, quam non vera? Nonne ille est, de quo speciem dicuntur, quod non secundum visionem oculorum judicabit, neq; secundum auditum aurium arguet; Id est, non erabit in discernendis rebus, sed quod verum est a non vero disceret, & approbarit? Nonne ille est qui tam vehementer illud urget: Iff. II.

Ioann. 7. Nolite judicare secundum faciem, sed justum iudicium judicate. Nam quid est judicare secundum faciem, nisi apparentia pro veris sumere?

Quid justum iudicium judicate, nisi quæ sola vera sunt, estimare? Nonne ille est de quo 2. Cor. 1. ait Apostolus, quod in eo non fuit EST & NON, sed EST in illo fuit, quod est videlicet in veritate, & recipia, non autem quod tale non est? Nonne ille est de quo illud apud Patres celebre refertur dicitum: Estote boni trapezii sive numerariorum: hoc est peritiorum estimatores & judices ut sicut adulterinum à vero numum, sic veram à non vera virtutem dijudicetis & probetis? Credine vero potest quod in illo non perfectum & absolutum fuerit, quod in nobis optabat?

IL PUNCTUM.

SED si puerorum puritatem imitantur viri sive adulci, vera virtus erit in viris, que non est vera in pueris.

Nam cùm ad veram virtutem, quæ definitur habiūs electivis, in mediocritate consistens, 2. Ethic, requiratur discretio, & illa iudicij maturitas, 6. quæ bonum à malo, & verum à falso capax est feligere, & quæ in solis adultis reperitur, quis non videat in istis etiam solis veram esse possit virtutem?

Nonne hoc est quod expressè tradunt omnes sancti Patres ad illa Christi Domini verba, Nisi Matt. 11, convorsi fueritis. & efficiamini sicut parvuli. Neque ut sicut tales per virtutem, quales sunt pueri per naturam. Non quod æqualis omnino puritas requiratur ad virtutem, sed qualis illa cumque sit, tam vera virtus erit, quam proprius ad naturalem puerorum puritatem accedit, si ex rationali affectu comparetur & exercetur.

Non præcipitur Apostolis, inquit sanctus Hieronymus, ut æta em habeant parvulorum, sed ut innocentiam; & quod illi per annos postulent, hi possident per industriam; ut malitia, non sapientia parvuli sint. Et ad verba: Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum: sic idem sanctus Doctor, signanter dixit, talium, non istorum, ut ostenderet non ætatem regnare, sed mores, & his qui similem haberent innocentiam & simplicitatem, præmium reprobunt; Apostolo quoque in eandem sententiam congruente: Fra. 1. Cor. 4, tres, nolite pueri offici sensibus, sed malitia parvuli effate, sensibus autem perfecti effate. Sic & sanctus Ambrosius expponens eadem Christi verba: Sinite pueros venire ad me. Lk. 18. Atqui ætas hæc, inquit, infirma est viribus, invalida ingenio, immatura cœsilio. Non ergo ætas præferunt ætati, alioquin obesent adolescere. Quid votis opus est ut ævi maturitas consequatur, si mihi meratum regni demptura cœlestis est? Ergo Deus vitæ processum ad vitia dedit, non ad incrementa virtutis? Cur autem pueros aptos regno dicit esse cœlorum? fortasse quia malitiam nesciant, fraudare non norint, refecti non audient, scrutari ignorantem opes, honorum ambitionem non appetant. Non igitur pueritia, sed æmula puerilis simplicitatis bonitas designatur. Non enim virtutis est, non posse peccare, sed nolle; atque ita tenere perseverantiam voluntatis, ut voluntas infantiam, usus imiteatur naturam. Quod Serm. 3 & alibi repetens: In hoc, inquit, melior est Christi infantia quam naturæ. Illa enim peccare

care nescit, ista contemnit: illa per infirmitatem innoxia est, ista est innocens per virtutem. Atque ideo laudi magis ascribendum est; non tam male facere non posse quam nolle. Quasi dicet, Esto huius aliquid naturale illud quod habent pueri ut pueri sint, non est tamen illud quod habent pueri ut pueri esse volunt: tantumque differt unum ab altero quantum vera virtus à non vera. Virtus quidem esse videtur in pueris sed non est vera virtus, non est voluntatis, non est electionis, non est rationis, non est singula cogito-sentientis actio, sed virtus quoddam simulacrum, quedam profluvium, quodam formam & figuram, qualiter & ipsae animantes belluae præ se ferunt & nobis ad imitandum ponuntur: *Vnde ad formicam o piger. Et considera vias ejus, Et disci sapientiam. Dicte veram à non veram; siue à pietate & non vera domo vera domus ædificari dicitur.*

III. P U N C T U M.

SIC vero patet quām verē dictū sit, quod *Si Christus sibi placeat in pueris quod pueri sint, longè magis sibi placeat in viris aut adultis, qui puerorum puritatem imitentur;* quia scilicet hæc virtutum puritas, vera est virtus, non autem puerorū, qui sensum non habeant ad differendū nōn boni ac mali, veram autem virtutem à Christo magis diligi quām non veram, tam facile est intelligere quām si diceretur virtutem supra id omne, quod non est virtus, à Christo diligi, cūm revera non sit virtus quā non est vera virtus? Quis porro nescit & Christum magis diligere, quod est magis diligendum; & id esse magis diligendum quod est melius bonum; atque id denique melius esse bonum quod est virtus, quām quod virtus non est? Quid est enim præter virtutem, in omni rerum natura, nisi rerum natura, quæ qualecumque bonum sit, & à Deo dilectum, quia quæ fecit Deus diligit, non est tamen non est ejus generis & ordinis bo-


num, cuius est virtus, si maximè Christiana virtus sit, de qua hic tota loquimur.

Non cunctis natura bonis daretur in præmium vel minimus gloriae gradus: at minimo virtutis gradu rotunda debetur, & rotunda redetur cunctis gloria. Non pro tota rerum natura reparanda Christus venisset, nec propterea quidquam fecit; at pro uno Christianæ virtutis actu à nobis exercendo totum Christus profudit sanguinem. Non si Mater ipsius Christi, si quod est natura tantum in illa consideres, non ipsa Christi maternitas comparetur cum uno vera virtutis actu. *Quæ mihi mater, aut qui fratres, aiebat ipse Dominus, quicunque fecerit Matt. 12, voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, Et soror, Et mater est. Quasi diceret, hoc est quod pluris facio. Qua de re alibi fu-*

In 2. p. 20.

Hinc autem ad præmix tria referes. Primum, *Martii,* cæteris omnibus virtutem anteponas. Secundum, præ cæteris virtutibus Puritatem infantilem colas, qua Christo maximè placeas. Tertium, quia in viris etiam virtus non vera, sed apparent, aut inchoata tantum, aut manca & modica reperitur, ut illi exprobatur cui dicitur, *Scio quia modicam habes virtutem, sit vera virtus tua, virtus robusta, virtus constans & integra, quæ omni virtuo tam severè opponatur, quām omni Fides errori: Deponentes omnem 1. Pet. 2. malitiam, & omnem dolum & simulationes & invidias, & omnes detractiones sicut modo geniti infantes lac concupiscite, ut in eo crescatis ad salutem. Vide in 2. parte, Dominica in Albis quæ est octava Paschæ. Et in hac 4.*

parte: Feria 2. Hebdoma-
da 16.



SABBA-

S A B B A T O.

DE QVIBVS DAM GENTILIBVS, JESVM
VIDERE VOLENTIBUS.*Domine, volumus Iesum videre. Joann. 12.*

VERITAS PRACTICA.

*Si fortemet Mediatorem Christum, non ille
timet alios mediatores.
Tot ipsis tibi exhibet, si velis, adhibendos, quod
habet Sanctos.*

*RATIO quod hoc unum, quod hic probandum
est, probat, haec est inter alias, quod Christus
non timet, nec timendum docet alios adhibere
mediatores, si propterea non definit verus esse
noster mediator.
Sed quod alios ad ipsum adhibeamus mediatores,
non definit verus esse noster mediator.
Ergo nec ipse timet, nec timendum docet, si alios
ad ipsum adhibeas mediatores: sicut isti Gen-
tiles duos adhibuerunt Apostolos,*

I. P U N C T U M.

*E RANT autem quidam Gentiles ex his
qui ascenderant ut adorarent in die festo,
Nam cum prope esserent profecti fuerint,
ad festum venerant, inquit sanctus Chry-
stostomus. Hi autem accesserunt ad Philippum
& rogabant eum dicentes: Domine volumus
Iesum videre. Venit Philippus & dicit Andrea:
Andreas autem & Philippus dixerunt Iesu: Iesu
autem respondit eis dicens, Venit hora ut clarifi-
cetur filius hominis. Amen anren dico vobis, nisi
granum frumenti cadens in terram mortuum fu-
erit, nullum fructum affert. Haec & plura Christus
Dominus qui, ut ait S. Augustinus, occa-
sione istorum Gentilium, annuntiat futuram
planitudinem Gentium. & promittit iam adesse
horam glorificationis sua, qua facta in celis, gen-
tes fuerant creditura. juxta illud, Exaltare super
celos Deum, & super omnem terram gloria-
tua. Sed altitudinem glorificationis oportuit pre-
cedere humilitatem passionis: Itaque adjungit,
amen, anren dico vobis, & cetera quibus sed dicit*

*granum morifiscandum, & multiplicandum:
Morifiscandum in infidelitate iudeorum, multi-
pliandum in fide populorum.*

*Atque haec est hi eralis verborum Domini si-
gnificatio; tum vero inde moralis varia &
multiplex de mortificatione posset erui, que
qua iatis frequenter alias obtigit; quod singu-
lare est de duabus Apostolis adhibitis ad Christum
Dominum adeundum, tanquam mediato-
ribus ad Mediatorum, videatur singulariter con-
siderandum. Sic enim nobis agendum est, sic
nobis Christum aditum convenienti primò
sunt ex Sanctis aliqui qui nos iudicant ad
thronum ejus gratiae, ne, cum simus rei mul-
tum criminum que nos inde merito sibi
accere possent, praelium amus aut desperemus ac-
cedere. Praetumeret saepe peccator, si securus
ita esset, ut nullo se habere opus intercessore
crederet; at vero desperaret, nisi quos posset
adhibere conciliatores, non auderet, ne forte
injuria Christo fieret, qui unus dicitur Medi-
ator. Audeat porro confidenter, atque intelli-
git, quod si forte timeret a peccatis suis, Medi-
atorem adire Christum, Non timet Christus alios
ad se adhiberi mediatores; quin potius toti tibi
exhibet adhibendi, quos habet sibi charos & ele-
ctos.*

*Ratio est plena & dilucida, nam si nulla Medi-
atoris sita injuria nomini, quod tam legitimè
possidet ut ipso se privare non possit nomine; si
quod revera est, semper Christus manet Medi-
ator Dei & hominum, quid est quod timeat alios
sui consorts nominis, quibus iesum totum
communicat & impartiatur? Ita enim se immi-
scet nobis, inquit sanctus Paulinus, ac nos sibi San-
ctorum conservem, ut quod ipse accepit, nobis proficere faci-
at, qui quod nobis id est, minimis ejus tributur,
sibi acceptum ferat. Sic & honori suo implicans
suos, prope omnia nobis etiam nomina sua com-
municavit, ut virtus Dei dicitur: ita & nobis
virtus esse dignatur.*

Nescis

*Cont. I.
Aduat
vers. 20.*

Nescis ingratè, nescis Christi Domini bonitatem qui negas cum vello quod bonitatis est maximè proprium, sese quantis potest modis effundere? Cur oleum effusum diceretur nomen eius? Cur dicerentur ascensiuri Salvatores in montem Sion? Cur Ipse suos vocaret fratres quorum est Dominus? Nonne haec sunt manifesta communicandi nominis argumenta, dum sacro ejus nomini nullum fiat detrimentum?

II. P U N C T U M.

LXXXI. 2.

SED quod alios ad ipsum adhibeant mediatores, non illud peribit nomine, nec esse definet unius ille Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sicut ait Apóstolus:

Tres enim sunt insignes differentiae quibus præceteris ita est Christus Mediator, ut unus esse dicatur. Prima est quod Christus sit mediator Redemptionis: Alij vero tantum Intercessoris. Sic enim Apóstolus statim ad prædicta subiungit, qui dedit Redemtionem semetipsum pro omnibus. Sic se videlicet mediatorem inter Deum & homines exhibuit, dando sibi ipsum Deo pro hominibus, quod alij certè non faciunt, sed tantum orando, vel operando aliquid quod nobis applicant: & licet etiam lemeriplos offerrent, non iij profecto sunt qui possint dare redemtionem semetipsum pro omnibus, sicut Christus homo Deus dedit, unde unus hoc sensu jure merito dicitur mediator de quo apicè sanctus Anselmus: Erant homines mortales & peccatores Deus vero cui erant conciliandi ut possent salvari immortalis erat & sine peccato. Mediato autem inter Deum & homines oportebat ut haberet aliquid Deo & aliquid simile hominibus ne in utroque hominibus similia longè esset à Deo, aut in utroque Deo similis longè esset ab hominibus, & ita mediator non esset. Et ideo inter mortales peccatores & immortalem justum apparuit mortalium cum hominibus & justum cum Deo. Sic etiam egregiè Theodoretus; quemadmodum qui duos quipiam manibus inter se conserentes & confingentes vult reconciliare, se medium interponens, & hunc quidem dextra illum vero sinistra tenens ad amictum deducit & conjungit, Ita Ipse cum divinam naturam humanam unisset, inviolabilem & qua non potest dissolvi, pacem conciliavit.

Secunda differentia est quod Christus per se & a seipso Mediator est omnium, non autem alijs, qui non nisi per ipsum, hanc participia it di-

Hayne f. 14v. Pars quartia.

gnitatem, & ita eam participant ut ipso egeant mediatore Christo, per quem sicut cæteri hominum, Deo reconcilientur, omnes enim peccavunt & agent Dei Gloria, Id est, gratia quæ semen est gloria; Nec ipsa etiam Virgo mater, licet totius expers peccati, hoc à se habet ut sit mediatrix hominum, sed à Filio beneficio qui nihil suum illi negat cujus habendi si pura capax creature.

Tertia denique differentia quæ ex aliis prouit, Christus solus est Mediator principalis, immediatus & primarius, alijs vero ministeriales, mediatis & secundarij, ut aijunt sancti Patres, & cum Divo Thoma Theologi, Præclarè vero admodum sanctus Bernardus: Hic Christus Iesus mediator fidelis sicut in persona una, Dei hominis que substantiam copulavit ineffabili Sacramento, sic & in ipse reconciliatione, consilio usus altissimo, mediatis non defrui & equitatè utriusque tribuens quod oportebat, Honorè Deo, homini miserationem, Hoc enim optima inter offensum Dominum, & reum servum forma compositionis, ut nec honorandi Domini Zelo servus opprimatur austeriori sententiæ, nec rursum dum huic immoderatius condescenditur, ille debito fraudetur honore. Audi igitur & diligenter obserue Angelicam in hujus mediatori ortu distributionem: Gloria, inquit in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis: Hujus denique gratia observatione fidelis Reconciliator Christo nec timoris spiritus defuit, quo Patri semper reverentiam exhibere semper ei deferret, semper gloriam eius querere; nec spiritus Pietatis quo misericorditer compateatur hominibus: unde & necessarium habuit spiritum quoque Scientia per quem timoris pariter & pietatis feret distributio inconfusa. Et nota quod in primo illo parentium nostrorum peccatores quidem antores excitorunt, sed manifestè defuerunt tria tribus; Dico enim Eva, Diabolum & Adam. Non habuit Eva scientiam que ut ait Apostolus, seducta est in pravaricationem Verum hac quidem serpenti non defuit qui callidior describitur ceteris animalibus, sed pietatem magnius non habuit qui ab initio factus est homicida. Adam vero prius fortè videtur mulierem non contribando; sed timorem Dominus dereliquit, ut illius magis obediens quam diuina. Vtimum magis timor Domini prævaluisset in eo, sicut de Christo signanter legitur, qui replevit eum non pietatis spiritus sed timoris. In enī illius enim & per omnia pietati proximorum timor Domini

Cyrill.

12.

Th. c. 10.

3. p. q. 26.
Serm. 2.

de An-
nute.

preferendus est, & solus ipso est, qui totum sibi hominem debet vindicare. In hoc igitur tribus timore, pietate, & scientia Mediator re-ontilitrix homines Deo.

Ser. 2. in Canticis. Itemque alibi, ad prima Cantorum verba, osculetur me oculo ori sui. Hoc accedit quod is qui nostrum proficitur se mediatores ad Deum, Dei filius est & Deus est. Et quid est homo ut innotescat ei aut filius hominis ut repuzet eum? Quia misericordia ut sancta me andream credere magescet? Vnde inquit terra & cuncti praejudicio Deum curam habere mei? Ad hanc diligit Patrem suum, me vero opus non habet, bonorum meorum non ager; Vnde ergo constabat mihi quod mediator meus in parte nequamquam fuist?

Tum paucis interjectis: Ut ex aquo partibus congruens mediator neutri suspectus sit, Deus filius Dei, siat homo, siat filius hominis, & certum me reddit in hoc oculo ori sui; securus suscipio Mediatores Dei filium quem agnoscō & meum. Minime planè jam mihi suspectus erit. Frater enim & caro mea est. Puto enim spernere me jam non poteris de offabus meis. & caro de carne mea.

Serm. 5. Nec minus idem suaviter in Sermonibus de Nativitate Domini: Benedictus, inquit, qui propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, filium suum dilectum in quo ei bene complacuit, misit per quem reconciliati pacem habemus ad eum, & idem fit nobis reconciliationis hujus & mediator & obes. Non est quod vereamur fratres mei, sub tam pio mediatore, non est quod de tam pido obside dubitemus. Sed quale mediator est, inquit qui in stabulo nascitur, in presepio positur, pannis involvitur sicut eateri, florat ut eateri, denique infans jacet ut eateri consueverunt. Magnus planè Medicator est etiam in his rationibus, qua ad pacem sunt non perfunditor sed efficaciter querens. Infans quidem est, sed verbum infans, cuius ne ipsa quidem infaniam facit; Consolamini, consolamini dicit Dominus Deus Christus, dicit hoc Emmanuel nobiscum Deus. Clamat hoc stabulum, clamans praesepem, clamant lacryma, clamant panni. Clamat stabulum curando eis homini qui in latrones incederat preparari. Clamat praesepem eidem h: mani qui somnium comparatus fuerat, stabulum ministriari. Clamat lacryma, clamant panni ejusdem iussus eruentia jam vulnera ablui & dererti. Siquidem nullo horum Christus eguit, nihil horum illi propter se, magis autem omnia propter electos. Vide-

ne quād sit semper agnitus & omni cultu honoratus mediator Christus?

III. PUNCTUM.

NON ille timet igitur alios mediatores; neque quoniam timendum est hoc nomen Sancti inde re, quia nihil inde Sancto Sanctorum deperit a quo sicut Sancti habent sanctitatem, ita & sanctitatem insignia, quorum unum hoc est ut nos peccatores Christo reconciliari velut quidam Sequestri & mediatores, quorum interventu id impetreremus quod alioquin vix auderemus petere & expectare. Sic D. Thomas postquam de Christo Mediatore egit, Nihil tamen prohibebat, inquit, aliquos alios, secundum quid, dicti mediatores inter Deum & homines, prout sci-
lent cooperantur ad unionem hominum cum Deo disponitivè vel ministerialiter.

Sic pridem ante S. Ambrosius libro de viduist. Magnis, inquit, tenebatur scribus, & rogarerunt illum proea. Et tu habes proximos, qui Deo pro te supplicant, habes Apostolos proximos, habes Martyres proximos, si ipsa Martyribus devotione societate, misericordia, quoque munib[us] appropinquas. Proximis est enim, qui misericordiam facit. Fas tu misericordiam, & erit Petrus proxima. Non sanguinis necessitudo, sed virutis cognatio facit proximos: quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama ergo propinquitatem Petri, affinitatem Andreae, ut protegent, & recedant cupiditates tuae verbo Dei pulsa. Et post pauca: Habetis ergo, vidua, auxilium, si tales vobis generos poteritis vestra patronos, tales proximos eligatis. Ergo rogarerunt pro via sua Petrus & Andreas. Vt nam existat aliquis, qui tam erit possit rogare pro nobis, vel certe iste qui pro Sancto rogat Petrus & Andreas fratres eius. Tunc enim pro affinitate poterant, nunc jam possunt pro nobis. & pro omnibus impetrare. Videlicet enim quid magno peccato obnoxia, minus idonea sit quis pro se precetur, certe quae pro se impetrat. Adhucque igitur ad medicum alios precatores. Aegri enim, nisi ad eos aliorum precibus medicus fuerit invitatus, pro se rogare non possunt. Infirmi est caro, mens agra est. & peccatorum vinculis impedita, ad medicum illius sedem debil non potest explicare vestigium. Observandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad presidium dat sunt. Martyres obsecrandi, quorum uincemur nobis quoddam corporis pignore pat-

eretis.

civium vendicare. Possunt pro peccatis rogore nostris qui proprio sanguine etiam si quis habuerit peccata, lauernit. Ipsi enim sunt Dei Martires, nostri praesules, speculatores vita actuorumq; nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostre infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent, cognoverunt.

Nequo dicas, nihil opus esse istis, cum ex D. Bernardo supra relatum fuerit nihil esse nobis timendum in Christo qui frater noster esse volunt. Nam duplice certe de causa timere homo poterat accessum ad divinam majestatem; Ptimam quia homo, id est, pulvis & cinis, & primigenia peccati labe infectus. Secunda quae est gravior, quod peccata peccatis addens se divina profligat indignum benignitate. Quantum igitur ad primam spectat causam, non est quod homo timeat, cum Deus homo sit factus; quantum vero ad secundam, profecto est quod vereatur & paveat ut idem sanctus ait Bernardus, iam supera in 2. parte in festo Annuntiationis auiditus: Quid & ipsum brevius his verbis reperit. In omnibus siquidem & per omnia Virg. providens misericordia, trepidationem nobram solatur, fidem excitat, spem reborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, solo audiens territus ad filia fugiebas: Iesum tibi dedit Mediatorem. Quid non apud ealem Patrem Filius talis obtinet? Exaudiatur utique pro reverentia sua: Pater enim diligit Filium. An vero trepidas & ad ipsum? frater tuus est, & caro iua,

tentatus per omnia absque peccato, ut misericordi fieret. Hunc tibi fratrem MARIA dedit. Sed forsitan & in ipso majestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Advocatum habere vis & ad ipsum? Ad MARIAM recurre, Pura siquidem humanitas in MARIÆ, non modo pura ab omni contaminatione, sed & pura singularitate nature. Nec dubius dixerim, exaudiatur & ipsa pro reverentia sua: Exaudiut utique Matrem Filium, & exaudiens Filium Pater. Filoli, haec peccatorum scala, haec mea maxima fiducia est, haec tota ratio spei mea.

Possesne tu dubitare, an idem possis dicere post ealem tantumque virum? si tanta fidei Bernardi fiducia est in Beatissima Virgine, quam erit, peccator, tua, nisi ad illam recurras? tene Sanctiorem Sanctis reputes, tene secundarem columnis illis Ecclesiae, tu virgultura levissimum, tuarundo ventis omnibus agitata? Hoc dete si sentires, & quanto minus timeres, tanto tibi magis esset timendum. Vide

[supra dictam diem 25. Martii in 2. parte.]

¶ (X) ¶ (X)

Sf 2

DOMI-